Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



35

gitum dies annos et annos etnos in mente habui Et
meditatus sum nocte cum corde meo et exercitabar et scrope
bat spm meum Numquid metinuum projiciet dns et non apponet ut
iterum placatus sit adhuc Aut in finem misericordiam suam abscidet a
generatione in generationem Aut obliuiscetur misereri deus aut
continebit in ira sua misericordias suas Et dixi nunc cepi hec mu
tatio dextere excelsi Memor fui operum dni quia memor
ero ab initio mirabilium tuorum Et meditabor in omnibus
operibus tuis et in adinuentionibus tuis exercebor Deus
in sancto via tua quis deus magnus sicut deus noster tu es deus qui facis
mirabilia Notam fecisti in populis virtutem tuam redemisti
in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph Uiderunt
te aque deus uiderunt te aque et timuerunt et turbate sunt
abyssi Multitudo sonitus aquarum uocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transierunt uox tonitrui tui in rota Illuxerunt
coruscationes tue orbi terre commota et contremuit terra In
mari uia tua et semite tue in aquis multis et uestigia tua
non cognoscentur Deduxisti sicut oues populum tuum in manu moy
si et aaron Alia p. Sicut erat Psalmus.
Intendite populo meus legem meam inclinate aurem vestram
in verba oris mei Aperiam in parabolis os meum
loquar propositiones ab initio Quanta audiuimus et cognoui
mus ea patres nostri narrauerunt nobis Non sunt occultata a
filiis eorum in generatione altera Narrantes laudes domini
uirtutes eius et mirabilia eius que fecit Et suscitauit
testimonium in iacob et legem posuit in israel Quanta
mandauit patribus nostris notam facere ea filiis suis ut cog
noscat generatio altera Illi qui nascentur et exurgent
narrabunt filiis suis Et ponant in deo spem suam et non
obliuiscantur opera dei et mandata eius exquirant Ne si
ant sicut patres eorum generatio prua et exasperans Gene